

docet, quid voluntatis humanae libertas in rebus
externis sive naturalibus, & spiritualibus possit,
quid non possit: Et àvñthēs, directā partim con-
tra Pelagianorum, partim Pontificiorum errores.

PARS I. ARTICVL

θεοῦ καὶ.

14. Quanquam liberi Arbitrij vox sacris in li-
beris ἀυτολεξί non reperitur: res tamen ipsa nec
facta nec commentitia videri debet,

15. Graci appellant ἀύλεξσον, quod est, sua
potestatis, aut sui juris: Vnde nominis huius in-
solentia, ac superbia facile omnibus innotescit.

16. Ipsa vero Liberi Arbitrij vox, è Philoso-
phorum Scholis, ad doctrinam Ecclesiæ traducta,
primo hominis statui. quem Integri nominare so-
lemus, proprie ac unicè competit.

17. Fuit enim ad imaginem Dei initio ille con-
ditus, quæ erat rectitudo scientias in mente &
intellectu: obedientia pura ac sancta in affecti-
bus ac motibus internis: liberrima denique facul-
tas voluntatis, tam persistendi in bono, quam
declinandi ad malum. Gen. 1. 27. Col. 3. 10.
Eph. 4. 24.

18. Vnde haud perperam Liberum Arbitrium
definiri consuevit, quod sit actus mentis & vo-
luntatis, quo inter res obiectas tum bo-
nas